

Ex de la lib. del Colegio de Cuenca.



O C T A V I O
B A N D I N O
S . R . E . C A R D I N A L I
A M P L I S S I M O .

F R A N C I S C U S S C A C C H U S F.



SOCRATES ille, quem non Pythium magis oraculum, quam Platonis discipuli divinum os celebravit, adolescentulum quemdam dum ceteri loquerentur tacentem conspicatus, loquere, inquit, ut te videam; Sic coelestis senex, quamuis vita magis, quam verbis Philosophus, audire voluit loquentem, ut nosset qualem ille se in agendo præstiturus esset. Vox hæc Socratis me quoq; admonet, CARD. ILLVSTRISS. ut silentio abrupto, Libellum hunc edam, (hæc enim maxime opportuna loquendi ratio est) non tam ut probem qualem me in operando sim præ-

DE SALVBRI POTA
FRANCISCI
S C A C C H I
FABRIANENSIS.

D E S A L V B R I P O T V
D I S S E R T A T I O .



**Quis sit salubris potus, an frigidus, an calidus,
an tepidus. Cap. I.**



T facilius quis sit salubris potus statuere valeamus, illud primo inuestigandum censui, quem nam usum humanis corporibus, ceterisq; animalibus potus praestet; qua in rese Galenum consulere velimus, non solum percipiemos potum nulla alia ratione desiderari, nisi pro reparacione humidioris substantiae, sed discere etiam poterimus, ipsammet naturam eundem potum statuto tempore, debitam ipsius quantitatem, ac conuenientem speciem appetere. Potum vero à natura desiderari pro reparacione humidioris substantiae docet Galenus lib. 1. de sanitate tuenda, cap. 2.

A bis